Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

cunctis opibus. & cuncta que desiderantur huic
non valent comparari. Longitudo dierum in
dextera eius. & in sinistra illius divitie & gloria.
Vie eius vie pulchre. & omnes semite illius pacifi
ce. Lignum vite est his qui apprehenderint eam. &
qui tenuerit eam beatus. Dominus sapientia funda
vit terram. stabilivit celos prudentia. Sapi
entia illius eruperunt abyssi. & nubes rore
Beatus Sapie. Concrescunt.
vir qui in sapientia morabitur. & qui
in iusticia meditabitur. & in sensu co
gitabit circumspectionem dei. Cibavit illum
pane vite & intellectus. & aqua sapientie
salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo
& non flectetur. & continebit illum & non confundetur.
& exaltabit illum apud proximos suos. Et
nomine eterno hereditabit illum dominus deus noster.
Iustum deduxit dominus L. Sapie.
per vias rectas. & ostendit illi regnum dei. &
dedit illi scientiam sanctorum. Honestavit illum
in laboribus. & complevit labores illius.